

6800. AUS UND ZU N. VIGELIUS, DIALECTICA JURIS CIVILIS
Vorläufige Datierung: 1678 bis 1695

Überlieferung:

- L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV, 7C, Bl. 55–58. 2 Bog. 4°. 8 S.
5 *E* VE, N. 495.

bearbeitet von Gerhard Biller

[Anhaltspunkte zur Datierung:] —

[Thematische Stichworte:] *Dialectica juris civilis*

- [Einleitung:] Bei unserem Stück handelt es sich um einen Auszug aus N. VIGELIUS, *Dialectica juris civilis*,
10 Basel 1620. Leibniz' Abkürzungen werden aufgelöst.

Nic. Vigelius *Dialectica juris libri tres* Basileae 1620. 8°. Recusus scilicet. Praeclarus est liber ut hujus viri omnia.

- [Praef. fol. 3–7] In praefatione mire commendat dialecticam. Et ridiculum esse ait in
15 cantando, supputando imo et ludicris artem colere, illam autem artem qua caeterae artes et
scientiae (quibus continetur salus reipublicae) docentur discuntur et exercentur negligere.
Exigui autem vulgo profectus causam inter alia hanc sibi videri, quod male tradita esset ars
haec et sola Argumentationis ratione habita, Expositio esset neglecta, et praedicamenta,
praedicabilia, definitiones, divisiones, quae sint Expositionis partes, Argumentationis solius
Elementa atque instrumenta sint habita.¹ Primo igitur libro agit de Expositione, secundo de
20 Argumentationis inventione, tertio de iudicio.

[p. 1] Putat dialecticam non male definiri Artem docendi et discendi:

- [p. 3 sq.] DOCEMUS autem faciendo tum ut quis intelligat, tum ut fidem habeat, ut si
quaeras quale fuerit bellum punicum secundum expositione opus non argumentatione;
ita ut dialectica quemadmodum jurisdictio alia sit voluntaria, alia contentiosa l. 2. princ. *de*

- 25 ¹ *Am Rande*: Haec jam distinxit Agricola.

11 *libri tres* erg. *L* 11 Recusus scilicet erg. (1) liber (2) . Praeclarus *L* 15f. negligere. (1)
Parum au (2) Exigui *L* 18 sint (1) loca (2) Expositionis *L*

24–S. 680001.1 Dig. 1, 16 l. 2. 25 Agricola: R. AGRICOLA, *De inventione dialectica libri III*, Paris
1529, lib. II, cap. 16.

officio proconsulis EXPOSITIO ex mente Ciceronis lib. 1 *de oratore* est tum universorum distributio, tum singulorum descriptio.

[p. 5 sq.] DISTRIBUTIO est vel divisio vel subdivisio, et nominis vel rei; et haec vel generis in species vel totius in partes. Divisio sit quoad licet bimembris, differentiae sint repugnantes, nullum divisionis membrum omittatur. Sumitur divisio ex locis unde argumenta.² 5

[p. 9 sq.] Descriptio constat praedicamento sive themate sive subjecto, et praedicabili sive praedicato. Quintilianus lib. 3. *Inst. or.* cap. 7. Aristoteles elementa decem constituit circa quae versari videtur omnis quaestio. (+ Mihi potius dicendum videtur praedicamenta continere ea quae in orationes seu praedicationes ingrediuntur, praedicabilia notare modos, quibus inter se connectuntur. +) 10

[p. 11 sq.] Vult autor Thema vel praedicamentum aliud esse simplex *ut jus ars boni et aequi*, aliud compositum, *ut jus est ars aequi et boni*, de ipso composito themate perinde ac de simplici aliquid posse praedicari et incipere subjecti loco esse: de quo infra pluribus (+ nempe ut aliquid ex eo sequatur etc. +). Simplicia themata continentur 10 summis generibus vulgo praedicamentis. 15

[p. 13–16] Habet tamen quaevis scientia peculiaria sua praedicamenta, ut Jurisconsulti personas, res, actiones seu ⟨actus⟩ et horum species.

[p. 17] PRAEDICABILIA seu praedicata sunt loci expositionis, quae non tantum sunt genus, species, et reliqua Porphyriana, sed et definitio, divisio, causa, effectus, totum, pars; etc. Haec ita distribuit: loci expositionis sunt vel speciales vel generales. Generales interni, medii, 20 externi. Interni qui in re de qua praedicantur haerent fixique sunt, ut definitio, genus, species, differentia, proprium, totum, partes, conjugata. Medii qui circa substantiam quam proxime cohaerent, eamque comitantur et cum ea intereunt, ut sunt adjacentia, actus, subjectum. Externi sunt: connexa, causae, Effecta, contingentia, nomen, comparata, similia, dissimilia, repugnantia. Haec loca sigillatim percurrit TOTO LIBRO PRIMO omniaque ex jure illustrat. 25

² *Am Rande*: (+ Divisio potest servari descriptioni ad quam pertinet. +)

1 lib. 1 *de oratore* erg. L 6 Descriptio (1) fit per (a) ⟨–⟩ (b) praedicationes, quae (2) constat L 9 praedicabilia (1) exponere (2) notare L 10f. connectuntur. +) (1) Thema omne est vel simplex ⟨nempe⟩ seu (2) Praedicamentum (+ potius quod est in praedicamento +) vel simplex est, vel compositum (3) Vult L 14f. summis ... vulgo erg. L 17 seu ⟨actus⟩ erg. L 17 horum (1) subdiv (2) species. L 20 generales. (1) Specie (2) Generales L 25 PRIMO (1) . Ubi interdum (2) ubi (3) omniaque L

7 Quintilianus: QUINTILIAN, *Institutionis oratoriae libri XII*, lib. 3, cap. 7. 13 de ... pluribus: s. S. 680004.24 zum Auszug aus S. 78–82.

[p. 26 sq.] Interdum autem utilia quaedam in universum observat, ut differentiam aliam esse absolutam, aliam respectivam, absolutam, quae sine respectu ejus a quo res differt poni potest, ut rationale hominis a bruto differentia, respectivam quae non potest, ut si dicas cum Justiniano § *plebiscitum Inst. de Jure Naturali, Gentium et Civili plebs a populo eo differt quo*
 5 *species a genere*, melius autem ut notat autor dixisset, *quo pars a toto*. Differentiae scilicet sumuntur ex locis.

[p. 27] Rationale respectu hominis est proprium, respectu bruti differentia.

[p. 32] Conjugata ipsi sunt a se invicem derivata, ut sapiens sapientia, haereditas haeres.

[p. 33–36] Adjacentia videtur vocare quae vulgo accidentia, ut quod quid magnus
 10 parvus prudens formosus. Esseque adjacentia vel quantitatis vel qualitatis. (Notat numerum sub se comprehendere pondus et mensuram). Item accidentia esse Nativa vel Accessoria. Accessoria separabilia vel inseparabilia. Sunt quoque ipsorum accidentium accidentia, ut *fidem fallere grave dicitur*.

[p. 36 sq.] Actus continet tam Actionem quam passionem. Oriuntur ex adjacentibus, quo-
 15 rum sunt quaedam exercitia (+ variationes +), sunt et ipsorum accidentium actus, ut *legis virtus imperare, permittere, punire*. Actus ipsi nativi vel accessorii; alii opus relinquunt alii secus.

[p. 37 sq.] Subjectum est cui accidentia et actus insunt. Aliud est in quo actus est, aliud in quod operatur. Tot subjecta quot praedicamenta.

[p. 38 sq.] Connexa extrinseca sunt, sed tamen et ab illis subjectum denominatur, ut
 20 maritus ab uxore, adjacentia non possunt sine subjecto esse, connexa possunt. Huc quae in praedicamento relationis.

[p. 39–42] Causa est propter quid aliquid est vel esse potest. Efficiens a qua res. Eiusdem rei possunt esse plures causae conjunctim vel successive, quarum interdum aliquae per se sufficiunt, interdum secus. Occasio quoque inter causas efficientes numeratur, l. *qui occidit* 30. §. *in hac ad l. Aquiliam et qui occasionem damni praestat, damnum fecisse videtur*. Et origo l. 1. § *sextum, de postulando*. Et causae corrumpentes, sic causae ex quibus tollitur obligatio, sunt liberationes efficientes l. 1. in fin. *pro derelicto*.

[p. 42 sq.] Materialis ex quo item circa quod.

[p. 43 sq.] Forma est modus quidam materiae (+ secundum quam +). Finalis ob
 30 quam.

[p. 45–47] Finis summus est status rei perfectissimus quem sequitur conferens seu medius. Finis actionis ad exhibendum medius est, ut res exhibeatur, *primarius*³ ut exhibita vin-

³ *Darüber*: ultimus

10 qualitatis (I) ; item nativa vel accessoria. (2) . (Notat L 11 Item (I) accessoria (2) accidentia esse (a) Accessoria et (b) Nativa L 31 est erg. L

4f. Inst. 1, 2 l. 4. 12f. Dig. 13, 5 l. 1 princ. 24f. Dig. 9, 2 l. 30 § 3. 26 Dig. 3, 1 l. 1 § 4. 26f. Dig. 41, 7 l. 1.

dicetur. Vini finis seu usus proprius est sitim extinguere, vel juvare, improprius inebriare. Differunt finis et officium, ut scopus et jactus, sufficit autem in jure officium fecisse, etsi ut ait l. 56 § fin. *mandati*, negotio finem adhibere procuratio non potuit.

[p. 47 sq.] Effectus plures ejusdem causae, item alius necessarius vel contingens.

[p. 48] Contingentia sunt signa vel vestigia rei antecedentia, adjuncta vel consequentia (+ potius conjuncta +), alia horum sunt necessaria alia non necessaria.

[p. 49 sq.] Comparata differunt a similibus, quod illa in uno tertio communi conferuntur, sed duobus quorum quemadmodum hoc in isto ita illud se habet in illo. Comparata sunt paria vel imparia, et haec majora vel minora. De paribus peculiarium tractatus Damhouderii.⁴

[p. 52–54] Similium exemplum l. 3. § 1. *Stellionatus, quod in privatis judiciis est de dolo actio, in criminibus stellionatus persecutio*, adde 7. *negot. gest.* et l. 1. §. *illud de exceptionibus*, et l. *praeses* 42. *de minoribus annis*, et l. *si ita* 13 princ. *de liberis et posthumis*, dissimilitudo in l. *non ut* 119. *de Regula Juris*, l. penult. §. *Latinus Largus*, ibi: *quia non ut. De excepti rei judicatis*, l. 4 *de re judicata*, l. *non quemadmodum* 35 *de judicatis*.

[p. 54–59] Repugnantia sunt ea quae certa rerum habitudine alterum ab altero segregant atque separant, ut alternum id, quod alterum sit, esse nequeat *nihil tam contrarium et consensui [quam] vis et metus*, l. *nihil* 116. *Regula Juris. Jus nostrum non patitur eundem in paganis, testato et intestato decessisse earumque rerum naturaliter inter se pugna est*, l. 7. *de Regula Juris*. Et l. 3. in princip. *idem pro suo et clam possidere non potest*. Repugnantium alia opposita, quoties unum uni pugnat, alia disparata seu differentia, quoties plura uni. Opposita dividuntur in relata, ut pater et filius, contraria quae in eodem subjecto esse non possunt, eaque mediata ubi datur tertium ut album et nigrum, meum et tuum, et immediata ut nox et dies, meum et alienum, nisi quid dicas esse nullius. Purative opposita cum unum et alterum praeesset, ut habuisse et habere. Liberari non potest qui non est obligatus, l. *decem* 116 *Verborum Obligationibus*. Contradictoria sunt duae propositiones repugnantes, huc antinomia. Disparata seu differentia sunt numero, specie, genere, imo summis generibus, quae sunt diversorum praedicamentorum.

⁴ *Am Rande*: NB.

2f. ut ... *mandati erg. L* 7 *communi erg. L* 17 *nequeat (1) ut (2) nihil tam L* 22 *contraria (1) ut (2) quae L* 23 *meum et tuum erg. L*

3 *Dig. 47, 1 l. 56 § 4.* 9f. *tractatus Damhouderii: J. DAMHOUDER, Enchiridion parium atque similium utriusque juris*, Antwerpen 1569. 11f. *Dig. 47, 20 l. 3 § 1.* 12 *Dig. 3, 5 l. 2 § 7.*
 12 *Dig. 3, 5 l. 7.* 12f. *Dig. 44, 1 l. 2 § 2.* 13 *Dig. 4, 4 l. 42.* 13 *Dig. 28, 2 l. 13.* 14 *Dig. 50, 17 l. 119.* 14f. *Dig. 44, 2 l. 30.* 15 *Dig. 44, 2 l. 4.* 15 *Dig. 5, 1 l. 35.* 17f. *Dig. 50, 17 l. 116.* 18–20 *Dig. 50, 17 l. 7.* 20 *Dig. 41, 2 l. 3.* 25f. *Dig. 45, 1 l. 116.*

[p. 59–64] Loca specialia autor sumit a variis praedicamentorum seu thematum scientiae specialis considerationibus; sic loca seu praedicabilia personarum esse communia omni homini, vel certo generi propria. Communia aut inesse homini aut externa. Inesse animo aut corpori, externa sunt fortunae, loca propria certo hominum generi seu in officio aliquo versante, sunt ordinatio, officia, praemia: Ordinatio, qui scilicet quales, a quibus, quomodo, etc., officio nempe obligationes delicta; praemia denique sunt potestas, honor, salarium.

[p. 64] Similiter sunt loci rerum et actuum speciales. Rerum acquisitio, amissio, retentio, administratio.

[p. 65–78] Actuum vel actionum personae, res, causa, locus, tempus, modus, instrumentum, antecedentia, adjuncta, consequentia, quibus accedunt affinia, remedia. Ex his sumas descriptionem seu expositionem, exceptiones seu legum distinctiones, et ubi de facto ambigitur, conjecturas, sed et amplificationes. Persona actionis est is qui agit cum quo, per quem, coram quo, ut iudex, testis, interveniens, venditor, emtor, proxeneta, testis, confirmans, magistratus. Res quae petitur, quae locatur et qua locatur aut venditur. Causae actionum judicialium, contractus et maleficia, ipsis contractibus et maleficiis vis dolus culpa casus, metus scientia, error ignorantia. Hic de culpa. Tempus huc tempora actionum seu feriae. Temporis et loci differentiae species partes. Quando unde peremptoriae et dilatoriae Exceptiones, quamdiu, unde temporales aut perpetuae. Modus ut modus audiendi advocatos l. 9. circa advocatos. Adjecta pactis ut condiciones prodi. Antecedentia actus, diligens inquisitio l. qui in alterius 42. fin. Regula Juris. Adjuncta, ut testamento insunt nuncupatio, haeredis institutio, substitutio, exhaereditio, descriptio, obsignatio, subscriptio, actus continuus, aliaque requisita vel incidentia. Sunt et praeparatoria, ut citatio, mandatum. Consequentia sunt actus et eventus, qui consequuntur. Affinia remedia in actionibus.

[p. 78–82] Compositum Thema seu propositio versatur in simplici tractando aut describendo, ipsum autem rursus exponitur seu describitur cum ratio legis redditur, officium demonstratur, exceptio proponitur, mutatur. Ex subjecto generale vel singulare. Ex praedicato distinguitur propositio ex locis unde sumta est, sed et ex eo quod est affirmativum vel negativum pura aut conditionalis, necessaria vel contingens, vera aut falsa.

[p. 82 sq.] Sunt loci compositi thematis rursus generales vel speciales iidem scil. qui thematis simplicis. Ita interdictum *Uti possidetis* est thema compositum quod in tit. Dig. describitur per loca generalia, nomen, genus, differentia ab interdicto scil. *Unde vi*, propria. Speciales loci compositi thematis sunt sex potissimum: officium thematis seu legis ratio, declaratio, exceptiones, tractatio amplior, mutatio. In his ipsa consistit legum scientia.

1 Loca (1) Genera (2) specialia L 9 vel actionum erg. L 24 seu propositio erg. L
27 distinguitur (1) thema (2) propositio L

18f. Dig. 1, 16 l. 9 § 2. 19f. Dig. 50, 17 l. 42. 30 Dig. 43, 17. 31 Cod. 8, 4.

[p. 84] Officia thematis tot sunt, quot loci thematis simplicis, sic lex definit, dividit, item loci peculiare compositi thematis, ut jubere, vetare (affirmare negare) etc.

[p. 85 sq.] Ratio legis vel directa, ut l. 13 princ. *de re mil.* qua *militis agrum in provincia comparare prohibentur ubi militant, ne agriculturae studio a militia avocentur.* Obliqua confutat objicientes, directa et obliqua confunditur ab Ulpiano l. 1. princ. *nautae, caupones, stabularii.* Adde leges concordantes et discordantes quae et ipsae probationis et refutationis speciem habent.

[p. 86] Declaratio fit potissimum definitionibus et exemplis.

[p. 87 sq.] Exceptiones nihil aliud sunt quam conditiones quibus thema approbatur deficientes, l. 22. *de Exceptionibus* (+ sed sunt conditiones negativae +), non adjiciuntur legibus haec conditiones (+ quia omnes negationes addere difficile +). Exceptiones injustae sunt quae a legibus reprobantur. Dantur exceptionis rursus exceptiones etc.

[p. 89] Ulterior descriptio fit excessis omnibus circumstantiis; ex quibus causis, quibus contra quos, per quos, apud quem lege proposita actio vel exceptio competat, quid quantumve in eam veniat, quando et quamdiu competat, quae ejus antecedentia adjuncta consequentia, affinia remedia. Non omnium tamen in omnibus thematibus rationem haberi opus est. Excutiendi tamen omnes loci ne quid forte praetermittatur

[p. 90] ut cum leges priores ad posteriores trahuntur, l. [*non est*] 26 *de legibus*, mutatum tamen utile potest ad interpretationem, interdum in uno tantum casu lex mutatur, ut l. 14 § 1. *de servo corrupto* hodie prodesse potest non directe sed utilis in liberis corruptis.

[p. 93 sq.] Liber II. *De inventione Argumentationis.* Argumentatio est oratio fidem faciens duplex: confirmatio et confutatio quam supra diximus rationem obliquam. Confirmatio et confutatio seu argumentatio sunt etiam expositiones vel iis inest Expositio. Argumentum seu ratio est probabile inventum ad faciendum fidem.

[p. 94–99] Ante inventionem argumenti dicendum de QUAESTIONE, quam dialectices materiam facit Rud. Agricola, ut Expositionem et argumentationem ejus instrumenta. Et inventionis loci alii sunt in alio quaestionis genere. Est autem quaestio interrogatio facta discendi vel disserendi causa, non ut stipulatio obligandi. Omnis quaestio est definita vel indefinita, definita ad quam affirmando vel negando responderi potest seu per *Ita* et *Non*,

1 dividit, (1) imperat. Sunt et lo (2) item L 2 thematis, (1) permittit (2) ut (a) punire (b) punire (c) vet (d) affirm (e) vet (f) punire (g) jubere, L 5 confutat (1) oppon (2) objicientes L 11 (+ quia ... difficile +) erg. L 16 omnibus (1) prop (2) thematibus L 17f. praetermittatur (1) hic mutatum in (2) ut ... mutatum L 20 in (1) filio familia, (2) liberis L 23 expositiones (1) sed non (2) vel L 28 non (1) habendi, (2) ut L

3f. Dig. 49, 16 l. 13. 5f. Dig. 47, 5 l. 1. 9f. Dig. 44, 1 l. 22. 18 Dig. 1, 3 l. 26.
19f. Dig. 11, 3 l. 14. 25f. quam ... instrumenta: R. AGRICOLA, a. a. O.

indefinita ubi adjiciendum aliquid a respondente, ut definiatur et perficiatur responsio. Circa quaestiones indefinitas Expositio versatur, circa definitas argumentatio. Utriusque quaestionis tot species quot loci expositionis, de quovis enim loco simplicis, aut compositi thematis quaeritur, finite vel indefinite. Quae de aliquo praedicari possunt, possunt et quaeri. Sic
 5 indefinitae quaestionis species, quae definitio (id est quid res sit) quod genus, quae materia, quod totum, quae pars etc. Ex specialibus quoque locis, ut ex quibus causis competat actio, cui, quantum in eam veniat. Compositi thematis quod officium, quae ratio etc. Plane an lex mutata sit non indefinita, sed definita quaestio est. Ex responsione ad indefinitam quaestionem oritur definita, si de ea an vera sit dubitetur (+ ut cum ex problemate fit Canon +). Quaestio *an sit*
 10 sola definita est, et tamen ex quaestione indefinita non oritur; adde his an aliqua regula sine exceptione, an Troja fuerit, an Eclipsis futura.

[p. 99–103] Quaestiones forenses de jure agunt aut de facto. De facto duplex: de ipso an sit factum, vel de circumstantia. Juris quaestio (enim) est thesis vel Hypothesis, illa de jure generis, haec de jure individui. Hypotheses rursus vel generaliores vel specialiores, sunt et
 15 compositae quaestiones quae de pluribus simul l. *quidam* 132, de *Verborum Obligationibus*.

[p. 103–108] Loci inventionis argumentorum sunt alii Expositioni communes, alii proprii argumentationi, et hi sunt quos vocant inartificiales, nempe autoritas, testimonium, confessio adversarii, tabulae, res judicata (+ his adde exempla +). Hi loci ad simplex thema describendum non pertinent, nec compositum describunt, sed confirmant (+ videntur tamen
 20 reduci posse ad artificialia, nempe testimonia sunt signa, aliorum enim sensus meo consentiens fortius iudicium constituit. +). *Autoritas* est in juris quaestione, nempe legislatoris testatoris, magistratus, domini contrahentium, in facti quaestione testimonium etc.

[p. 108–113] Non semper plurium communis opinionis autoritas praeferrenda, Justinianus l. 1. § *sed neque C. de veteri jure Enucleando*, et Arcadius l. *ob carmen* 21. § *fin. de testibus*,
 25 et Ulpian. l. 5. §. *penult. de impensis dotalibus*, l. *quaesitum* 12. *pr. instrumento legato*. In ordinariis causis solis legibus quaestio juris definitur, in arbitrariis regulae quaedam juris quas brocardicas vocant, et philosophorum quoque et poetarum autoritas locum habet, proverbia quoque, itaque in ordinariis a legis autoritate etiam negative argumentari licet. *Deficit lex ergo nec utilis actio danda*, l. *si vero* 64. § *de viro, soluto matrimonio* Ulpian. Quod tamen in genere
 30 prohibitum id etiam in specie vetatur, quia specialia generalibus insunt, exemplum in c. *dixit*, §. *fin.* 14. q. 5.

7 Plane *erg. L* 12 *facto. (I)* De jure an fur ultimo (2) De *L* 26 in (I) extraordinariis (2) arbitrariis *L*

15 Dig. 45, 1 l. 132. 24 Cod. 1, 17 l. 1 § 6. 24 Dig. 22, 5 l. 21. 25 Dig. 25, 1 l. 5 § 2.
 25 Dig. 33, 7 l. 12. 29 Dig. 24, 3 l. 64 § .9.

[p. 113–126] Locus S. a qualitate sententiae vel propositionis, ut [Reg. 1.] quod notoria seu evidens, [Reg. 2.] dubia, verisimilis, [Reg. 3.] favorabilis seu benignior, [Reg. 4.] bono aequo utili congruentior, [Reg. 5.] honestior, [Reg. 6.] ab apicibus remotior, [Reg. 8.] quae non facit dispositionem inutilem, [Reg. 9.] odiosa, [Reg. 10.] contra bonos mores, [Reg. 11.] mali exempli, ut l. *observandum* 47. *de iudiciis*, l. 7. c. *de probationibus*. 5

[p. 126–129] Sequuntur loci artificiales, nam de testimonio et similibus infra, ubi de facti quaestione.

Pulchre Vigelius Loca Topica more in aliis sibi solito ad regulas exceptiones replicas etc. reduxit in *Dialectica juris* libro II. Cum enim exposuisset locos inartificiales inventionis argumentorum, quae argumentationi proprii sunt, procedit ad artificiales, qui sunt communes 10 Expositioni.

A DEFINITIONE, reg. 1. Cui convenit definitio, eidem convenit et definitum, Julianus l. *quaesitum* 60. *de re iudicata* princ. Inst. *vi bonorum raptorum*. Exceptio nisi definitio sit vitiosa, exemplum Ulp. l. 1. §. *dolum malum, de dolo*, Pomponius l. ult. *Verborum Significatione*. Reg. 2. Cui non convenit definitio ei nec definitum Exempl. Ulp. l. *quaesitum* 12. 15 princip. *Instrumento legato* Ulp. l. *minor* 51. *de proc.*

[p. 129–150] A S. GENERE, reg. 1. Quod praedicatur de genere idem etiam praedicatur de qualibet specie. Cajus l. *semper* 189. *Regula Juris*, exemplum Ulp. l. 1. §. *generaliter de legatis praestandis contra tab.* [*bonor. possess.*] et Ulp. l. *apud Labeonem* 15. §. *generaliter de injur.* et Ulp. l. *si cui lana* 68. pr. *de legatis* 3. et Pompon. c. *si servitus* 23. pr. *de servitute* 20 *Urbanor.* et c. *quia circa* 22. *de privileg.* et Justin. l. *si quis* 29. c. *de pactis*. Exc. 1. nisi species a genere nominatim fuerit excepta. Hanc exceptionem probant Pompon. l. *in toto* 80. *Regula Juris*, Julian, l. *in his* 15. *de legibus*, Paulus l. 1. fin. *Regula Juris* Ulp. l. *lex naturae* 24. *statu hominum*, Ulpian. l. *omnis* 202. *Regula Juris*. Exempla afferunt Paulus l. 4 §. fin. *penu legata*, l. *jurisgentium* 7. §. *praetor ait de pactis*. Exc. 2. nisi de specie proposita specialiter 25 cautum sit. Exempla Papinian. l. *sanctio* 41. *de poenis*, l. *uxorem* [41] §. *foelicissimo de Legatis* 3, Paulus l. *quaesitum* 7[8]. § 1. *eod.* ut alia praetermittam, add. l. *doli* 119. *Verborum Obligationibus* ubi Papinian. et Ulpian., l. *stipulationes* 53. *eod.* Repl. 1. nisi eadem sit conditio generalis et specialis dispositionis. Celsus l. *si servus* 27. §. *cum eo plane* ad L. Aquil., Justinian. l. *si quis* 8. in pr. c. *de praescript.* 39. *annor.* Repl. 2. nisi bonis generaliter 30 obligatis vel alienatis postea quaedam ex iis specialiter alii obligentur. Papin. l. 2. *qui potiores*

5 Dig. 5, 1 l. 47. 5 Cod. 4, 19 l. 7. 13 Dig. 42, 1 l. 60. 13 Inst. 4, 2. 14 Dig. 4, 3 l. 1 § 2. 14f. Dig. 50, 16 l. 246. 15f. Dig. 33, 7 l. 12. 16 Dig. 3, 3 l. 51. 18 Dig. 50, 17 l. 189. 18f. Dig. 37, 5 l. 1. 19f. Dig. 47, 10 l. 15 § 27. 20 Dig. 32, 1 l. 68 § 3. 20f. Dig. 8, 2 l. 23. 21 Cod. 2, 3 l. 29. 22f. Dig. 50, 17 l. 80. 23 Dig. 1, 3 l. 15. 23 Dig. 50, 17 l. 1. 23f. Dig. 1, 5 l. 24. 24 Dig. 50, 17 l. 202. 24f. Dig. 33, 9 l. 4. 25 Dig. 2, 14 l. 7 § 7. 26 Dig. 48, 19 l. 41. 26f. Dig. 32, 1 l. 41 § 3. 27 Dig. 32, 1 l. 78 § 1. 27 Dig. 45, 1 l. 119. 28 Dig. 45, 1 l. 53. 29 Dig. 9, 2 l. 27 § 15. 30 Cod. 7, 39 l. 8. 31–S. 680008.1 Dig. 20, 4 l. 2.

in pignore. Tertia Exceptio⁵ Nisi quibusdam specialiter enumeratis vel tractatis generale verbum subjiciatur, restringitur enim ad species antea enumeratas, l. *si servus plurium* 50. §. fin. *de Legatis* 1, exemplum affert Proculus l. ult. §. *cui dulcia de tritico, vino legato*, adde exempl. l. *cum de lanionis* 18. §. pen. *de fundo, instrument. legato*. Plura exempla, et
 5 replicationes quinque subjicit autor. Eamque exceptionem sequuntur adhuc aliae ad usque decimam quintam. Secunda regula est a quo removetur ab eo et speciem removeri.

[p. 150–156] A SPECIE, reg. 1. De quo praedicatur species de eo et genus. Reg. 2. quod praedicatur de genere id praedicatur de specie, scil. particulariter, nisi eadem ratio sit.

[p. 156–158] PROPRIUM ET DIFFERENTIA quoad expositionem differunt, sed quoad inven-
 10 tionem argumenti non videntur differre.

[p. 158–173] A TOTO. [Reg. 1.] De quo praedicatur totum de eo et pars (+ puto intelligendum de praedicatione in obliquo +). Quod de toto id de parte.

[p. 173–182] A PARTE. [Reg. 1.] Quod de parte id de toto deficiente (+ de quo pars de eo totum ¶ +). [Reg. 2.] Deficiente parte totum non est perfectum. [Reg. 3.] Pars abundans non
 15 vitiat totum. [Reg. 4.] Commutatis omnibus partibus non ideo alia res (+ (imo) potius est rejectio regulae: commutatis partibus alia res, vel limitatio +).

[p. 182 sq.] A CONJUGATIS. [Reg. 1.] Quod praedicatur de uno conjugatorum id de altero (+ an sic potius: quod de uno conjugatorum praedicatur, ejus conjugatum de altero: *Justitia est virtus*. Ergo *justus est virtute praeditus* +).

20 [p. 183–186] AB ADJACENTE. [Reg. 1.] Quod de hoc id de subjecto. [Reg. 2.] Concesso accidente infertur subjectum.

[p. 186–190] AB ACTIBUS. [Reg. 1.] Quod praedicatur de Actu id et de ejus subjecto. [Reg. 2.] Concesso actu infertur subjectum, *Troja expugnata est. Ergo fuit*. [Reg. 3.] Concesso Actu infertur adjacens cujus est actus (+ putem considerandum non tantum a quo loco, sed et
 25 ad quem locum +), aliud est ab actu in subjectum aliud ab Actu ad adjacens. [Reg. 4.] Factum infectum fieri nequit (+ hoc non tam ad actum quam omnem existentiam quae facti est +).

[p. 190–196] A SUBJECTO. [Reg. 1.] Quod praedicatur de subjecto id de accidente. [Reg. 2.] Negato subjecto negatur accidens. [Reg. 3.] Cujus subjectum ejus accidens.

⁵ *Am Rande*: Haec exceptiones potius ad interpretationem pertinent, quam verba gratia
 30 pro talibus habenda sunt. Nescio quid tamen his notionalibus inest realitatis quasi si fingeremus Deum effectus rerum ita pronunciare vel causas reales, ita inter se concurrere ut una tendat ad generalem.

7 reg. 1. *erg. L* 11 f. intelligendum (*I*) totum de aliquo (*2*) de *L*

2 f. Dig. 30, 1 l. 50. 3 Dig. 33, 6 l. 16. § 1. 4 Dig. 33, 7 l. 18 § 13.

[p. 196–209] A CAUSA. [Reg. 1.] Quod praedicatur de Causa id de Effectu seu qualis Causa talis Effectus. (+ *Mali corvi malum ovum*. Posito uno absurdo plura, nemo plus juris transfert quam habet. +). [Reg. 2.] Causa causae est causa causati. [Reg. 3.] A pari causa par effectus. (+ Est combinatio loci a pari et a causa, NB. +) [Reg. 4.] Cum plures causae nihil interest qua utaris. [Reg. 5.] Existente causa existere potest Effectus. [Reg. 6.] Deficiente causa deficit effectus, seu cessante causa cessit. (Exceptio quod res subsistere potest etsi in eum statum veniat, a quo incipere non potuit, l. *in ambiguis* 85. [*De*] *Regulis Juris*) (quod initio vitiosum est non potest tractu temporis convalescere <licet> cesset causa nullitatis). [Reg. 7.] Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis. [Reg. 8.] Ut quodque compositum est ita corumpitur. [Reg. 9.] Prohibita Causa prohibetur Effectus.

[p. 209 sq.] A MATERIA. [Reg. 1.] Existente Materia produci potest Effectus. [Reg. 2.] Cessante cessat. [Reg. 3.] Inhabilitas ejus impedit Effectum.

[p. 210–212] A FORMA. [Reg. 1.] Ex forma denominatur Effectus, [Reg. 2.] deficiente ipsa deficit. [Reg. 3.] Mutata forma res alia censetur.

[p. 212–221] A FINE. [Reg. 1.] Deficiente fine deficit Effectus. [Reg. 2.] Fine existente cessat res vel actio quae ad finem tendit. [Reg. 3.] Quod praeter finem fit ratum non est. [Reg. 4.] Quod pro aliquo introductum adversus eum torqueri non debet. [Reg. 5.] Qualis finis tale id cujus finis. [Reg. 6.] Accessorium sequitur naturam principalis (+ NB. haec maxima non pertinet ad finem, sed est longe generalior. Itaque patet plures constitui debere et posse locos +). Propter quod aliquid est tale id magis tale. Publica utilitas privatae praeferenda.

[p. 221–226] AB S. EFFECTU. [Reg. 1.] Quod de Effectu id de Causa. (Hinc concessio effectus conceditur causa.) [Reg. 2.] Qualis Effectus talis causa (+ sequitur ex illo *Qualis Causa talis Effectus*, quaeritur utrum natura prius +) (hinc Exitus acta probat). [Reg. 3.] Prohibito Effectu et Causa prohibetur. [Reg. 4.] Causa quae finem non assequitur vel caret Effectu nulla censetur. (Huc pertinet: Paria sunt: aliquid factum non esse et inutiliter factum esse. Verba cum Effectu accipienda. [Reg. 5.] Quod prodest alicui nec alteri obest, prohibitum non censetur.

[p. 226–229] A CONTINGENTIBUS potius ab ADJUNCTIS. Huc signa et indicia. A PARIBUS. [Reg. 1.] Parium paria sunt judicia. Quaedam tamen habent peculiaria loca, ut: accessorium sequitur principale, surrogatum sequitur naturam surrogantis quod juris in uno relativorum id in alio, quae congerunt doctores locorum legalium et qui de pari scripsere. [Reg. 2.] Si id quod magis videtur inesse nec id quod minus videtur inesse inerat. [Reg. 3.] Si id quod minus videtur inesse inest, multo magis id quod magis (si vinco vincentem te multo magis te ipsum). [Reg. 4.] Si quod plus est licet, licebit et quod minus. [Reg. 5.] Minus cedit majori (accessorium principali). [Reg. 6.] Duo vincula fortius ligant.

2 *Mali ... ovum*: D. ERASMUS von Rotterdam, *Adagiorum chiliades quattuor*, Basel 1574, chil. 1, centuria 9, n. 25. 7 Dig. 50, 17 l. 85.

[p. 245–247] A SIMILI aliis a proportione (qui loci a pari vocant a simili). Similium idem est iudicium, ut vascula oris angusti superfusam humoris copiam respirant, ita tenera puerorum ingenia non sunt obruenda. (+ Est in his proportio inter quatuor vel plura. +) Locus a dissimili pertinet ad confutandum.

- 5 [p. 247–285] A CONNEXIS ET REPUGNANTIBUS. [Reg. 1.] Posito uno relativorum sequitur alterum, [Reg. 2.] negato uno removetur alterum. (Huc et: si accessorium. Ergo principale, privatio praesupponit habitum, de quibus infra, ut supra jam de his: posita Causa ponitur Effectus, et similibus quae peculiare habent locos). [Reg. 3.] Quod de uno relativorum hoc de altero, quod juris et actori, hoc reo. [Reg. 4.] Relatum et id ad quod relatio non possunt esse in
10 eodem subjecto, nisi diverso respectu (si concurrant ambo evanescit utrumque). [Reg. 5.] Dua contraria non possunt esse in eodem subjecto. [Reg. 6.] Semoto uno contrariorum inferitur alterum. [Reg. 7.] Quod juris in uno contrariorum, ejus contrarium in altero. (Hinc exceptio format regulam in casibus non exceptis.) [Reg. 8.] Allegans contraria non est audiendus. [Reg. 9.] Deficiente habitu privatio esse nequit. [Reg. 10.] Privatio praesupponit habitum.
15 [Reg. 11.] Privatio unius est habitus alterius. [Reg. 12.] Ex causa et modo habitus aestimatur causa et modus privationis. [Reg. 13.] Ex duobus contradicentibus uno posito alterum tollitur. [Reg. 14.] Separatorum separata ratio. (+ Atque ita omnes vulgares regulae juris possent ad locorum toporum Maximas reduci. +)

- [p. 285–295] Pergit dein ad Argumenta ex specialibus locis personarum rerum et actuum
20 sumenda: ita quasdam exhibet regulas virtutum et vitiorum, sed speciminis loco (sed possent *Parallela Ethico-juridica* Turtureti hic adhiberi) a corpore quorsum sexus aetas et a fortuna, item in singulis hominum generibus. Deinde loca specialia rerum attingit speciminis causa, ut a qua causa res acquisita, a persona per quam, a modo, a causa et modo quibus res amittitur. Locus actionum speciales remittit ad propria loca quaestionum forensium, ubi de quaestione
25 facti.

- [p. 295–326] Quomodo etiam argumenta inveniuntur ex locis compositi thematis specialibus, nempe a propositionis vel legis officio ratione, declaratione, exceptione, tractatione uberiore, et mutatione exemplis declarat. A ratione. [Reg. 2.] Cessante ratione cessat lex. [Reg. 3.] Abrogata legis ratione lex abrogata l. 1. pr. D. ad Legem Jul. de ambitu, l. 3. pr. C. de
30 *Edicto divi Hadriani* tollendo.

[p. 326–329] A Verbis legis vel dispositionis: [Reg. 1.] In re dubia verbis dispositionis standum est (adde *Dig. Vig. lib. 7, c. 9, reg. 5, et lib. 33, c. 10, reg. 8*). [Reg. 2.]

24 ad (1) specialia (2) propria L

7 de quibus infra: s. S. 680014.28. 7 supra jam de his: s. S. 680005.1. 21 *Parallela*: V. TURTURETUS, *Parallela ethica et juridica*, Paris 1630. 29 *Dig.* 48, 14 l. 1. 29f. *Cod.* 6, 33 l. 3. 32 *dig.* ... reg. 8: N. VIGELIUS, *Digestorum libri L in VII libros divisi*, Frankfurt 1584.

Verba cum effectu accipienda l. 1. §. *haec autem, quod quisque juris in alterum*; [Reg. 3.] non debent esse otiosa, l. *si quando* 109. pr. *de legatis* l. ubi Africanus. (De his vide supra in loco ab effectu, et in loco a qualitate sententiae vel thematis quaesiti.) [Reg. 4.] In ambiguo sermone id duntaxat dicimus quod volumus, et qui aliud quam vult dicit neutrum dicit. Sunt et aliae, ut: 5
verba secundum subjectam materiam interpretanda, humaniorem sententiam sequendam, sed et haec locis aptis interseruimus.

[p. 329–334] Ab Exceptione, [Reg. 1.] exceptio restringit regulam in casibus exceptis. [Reg. 2.] Firmat in non exceptis (quod est arg. a contrario sensu). [Reg. 3.] Exceptio sequens declarat regulam praecedentem, de quo et similibus supra in loco de genere.

[p. 334–339] Ab aliis circumstantiis seu descriptione ulteriore, ut a remedio 10
affini. Possent et alii constitui loci speciales, ut a legislatione, a legis observatione, a persona legislatoris etc., sed haec sufficiunt. Exceptio generalis contra (has) regulas locorum: [Except. 1.] nisi specialis lex extet in contrarium. [Except. 2.] Nisi contrarium humanius aequius verisimilius, [Except. 3.] nisi iudici causa cognita aliter videatur, [Except. 5.] nisi aliud 15
vulgo receptum atque praesumptum. [Except. 6.] Nisi aliud convenerit.

[p. 339–344] Sequitur CONFUTATIO: qua non thema affirmamus aut negamus proprie sed ipsum argumentum pro themate adductum oppugnamus negando aut distinguendo vel alio transferendo. Confutatio est personalis vel realis; personali alio transfertur disputatio, huc et exceptiones dilatoriae apud Jurisconsultos, et status TRANSLATIONIS apud Rhetores, de 20
quibus Rud. Agricola lib. 2. *de inventione* c. 21. et Willich. in *dialectices* lib. 3. Consistit tum in regerendo, seu contrario argumento, ut Ulpian. et l. 1. §. *denique ait, de aquae pluviae arcendae* et Julian. l. *si ita vulneratus* 51. *L. Aquil.* et l. *si servus* 6[1]. §. *Quod vero de furtis* Africanus. Hanc confutationem quidam vocant instantiam, tum in elevando, tum in digrediendo, sed haec legibus prohibita, nisi in casu dilatoriarum exceptionum. REALIS CONFUTATIO in materia et forma, fit negando vel in materia distinguendo, negamus majorem vel 25
minorem, unde quaestio facti vel juris de quibus in libello *De litis contestatione*. Distinctio alia nominis alia rei. Rei distinctiones sunt Exceptiones. De forma lib. 3. Sunt et alii loci confutationis (+ sophisticis Elenchi +) speciales, ut ab amphibologia, a compositione, a divisione, ab accentu, a figura dictionis, a fallacia accidentis, a dicto secundum quid ad dictum simpliciter, a

1 l. 1. ... *alterum erg. L* 4 Sunt ... ut *erg. L* 21 ut Ulpian. *erg. L* 22 63 *L ändert Hrsg. nach Vigelius* 25 in ... forma, *erg. L* 25 in materia *erg. L*

1f. Dig. 2, 2 l. 1. 2 Dig. 30, 1 l. 109. 2f. De ... quaesiti: s. S. 680009.21 u. S. 680007.1. 9 supra: s. S. 680007.17. 20 Rud. ... c. 21: R. AGRICOLA, a. a. O., lib. II, cap. 21. 20 Willich: J. WILLICH, *Erotematum dialectices libri tres*, Straßburg 1540. 21f. Dig. 39, 3 l. 1 § 23. 22 Dig. 9, 2 l. 51. 22f. Dig. 47, 2 l. 61 § 5. 26 libello: N. VIGELIUS, *De litis contestatione*, Basel 1620. 27 de forma: N. VIGELIUS, *Dialectica juris civilis libri tres*, lib. III.

dicto secundum non causam ut causam, a petitione principii, a fallacia consequentis, ab ignoratione Elenchi, a pluribus interrogationibus, qui loci sub generalibus satis continentur et plus habent obscuritatis quam utilitatis. Adde [quae] ex exceptionibus regularum locorum confirmationis fere patent. Est et confutatio per inversionem, cujus exemplum apud Gellium 5.
 5 *Noct. Att.* 10, Valer. Max. 7. cap. 3. in *Demosthene* et l. *qui quadraginta* 8[8]. pr. *ad Legem Falcidiam*, quae est African.

[p. 344–346] Sequitur de inventione argumentorum in Hypothesibus seu causis forensibus specialibus, quam partem non attigere, qui antea dialecticas juris scripsere. Narrat quod collegia, exercitia practica, in scholam instituisset se aliquando in odium collegae incidisse.
 10 *Quae igitur* inquit *res in scholas dissimilanda est, eam in libris non dissimilabo. Sed aperiam quae veterum Jurisconsultorum ratio in disputandis causis forensibus fuerit.* Notat igitur actiones et exceptiones etc. nihil aliud esse quam argumenta ad confirmandum et confutandum quod petitur, sed peti ex legibus, non locis artificialibus quanquam ad hos revocari possint, sed hoc sine lege non sufficeret. De indagando genere actionis in oblata causa ait se egisse in
 15 *Repertorio juris.*

[p. 346–354] Hoc loco autem se velle tractare de actionibus inveniendis. Esse autem novem locos seu circumstantias ex quibus describatur actio, et unde excipiendi materia sumatur, causam ex qua agitur, personas quatuor (actorem, reum, procuratorem, iudicem), rem quae petitur, locus et tempus quo agitur, agendi modus. Sunt exceptiones quaedam communes
 20 ut doli mali, metus, ignorantiae, non numeratae pecuniae, solutionis, acceptilationis, novationis, rei iudicatae de quibus lib. 48. nostrorum *digestorum*. In exceptione aliquando quadamtenus lis a causa actionis ad alias circumstantias transfertur. Cum ipso jure non valet actio proposita, major argumenti falsa est. Exceptiones vel distinctiones quae ab ipsa causa actionis oriuntur, et hae sunt PEREMTORIAE, sumuntur a conditionibus legis vel expressis vel tacitis,
 25 quas suppeditant quae facti res, causa, modus, locus, tempus, instrumentum, antecedentia adjuncta, consequentia, ut an quis possit valide actum obire;

[p. 354–357] a re in qua, vel circa quam, utrum ipsa capax actus.

[p. 357–362] A causa facti, hinc exceptio doli mali, erroris, ignorantiae, metus, necessitatis, iracundiae, casus fortuiti. Hinc nemini nec malitia lucrosa, nec simplicitas damnosa esse debet.

3 quod *L ändert Hrsg.* 5 87. *L ändert Hrsg.* 8 partem *erg. L* 9 exercitia *erg. L* 9 in
 scholam *erg. L* 16 autem (1) explicare (2) se *L* 23f. quae ... PEREMTORIAE *erg. L*

4f. apud Gellium: AULUS GELLIUS, *Noctium Atticarum libri XX*, V, 10. 5 Valer. Max.: VALERIUS
 MAXIMUS, *Factorum dictorumque memorabilium libri IX*, lib. VII, cap. 3. 5f. Dig. 35, 2 l. 88.
 15 *Repertorio*: N. VIGELIUS, *Repertorium juris*, Basel 1581. 21 lib. 48.: N. VIGELIUS, *Digestorum lib. L*
 in *VII libros divisi*, Frankfurt 1584, lib. III.

[p. 362–364] A modo facti, ut percussio servi alieni levis an gravis, vis atrox, tit. *de vi et vi armata*. l. 1. §. *ad solam*,

[p. 364–366] a loco facti, de his qui dejecerint vel effuderint, locus facit sacrilegium,

[p. 366 sq.] a tempore facti, ut si dejectum non interdiu sed nocte.

[p. 367 sq.] Ab instrumento facti, id est quo causa instrui potest, ut verbis scriptura, 5 personis ad testamentum pertinentibus.

[p. 368–370] Ab antecedentibus, ut si qui dejecit ante dejectus.

[p. 370 sq.] Ab adjunctis, ut an stipulatio continuo actu facta l. *continuus* 137. pr. *Verborum Obligationibus*, huc et si dolus vel error intervenit in tractatione.

[p. 371–375] A consequentibus, ut si extinguatur obligatio si incidens in casum a quo non 10 potuit incipere, adde quibus tollitur obligatio. Contingunt ipso facto, ut renuntiationes circumstantiis facti, ut capitis diminutione.

[p. 375–377] Sunt aliae EXCEPTIONES, quibus quis fatetur debitum, sed rem A CAUSA AD ALIAS CIRCUMSTANTIAS transfert, nempe a repetita, ut si plus petitur, huc et de litis aestimatione, accessionibus, compensationibus. 15

[p. 377–383] Deinde sunt DILATORIAE a persona actoris, rei, procuratoris, iudicis, loco, modo, tempore actionis.

[p. 383–396] Non alia est ratio inveniendarum replicationum, quae exceptionum sequitur, de iuris et facti quaestione disputanda, quod est quaestionum forensium speciale tam in confirmatione quam confutatione, ubi regula (cum distinctionibus) *cessante lege cessat actio* 20 *vel exceptio*.

[p. 399–413] In quaestione facti explicanda tractat rursus de circumstantiis facti, unde probatio vel praesumptio sumi potest a persona facti, re, causa, loco tempore, modo, instrumento (ut gladio), antecedentibus, adjunctis, consequentibus, quae omnia exemplis illustrat. 25

[p. 413–416] LIBER III. DE JUDICIO. Brevior est. Ait argumentum breviter una ratione debere comprehendi quam vocare licet argumentationem. Haec constat eo quod confirmatur, et quo confirmatur, ut propositio subjecto et praedicato. Esse vel ab universali ad particulare vel contra, vel ab uno universali vel particulari ad aliud. Duae argumentationum formae: Inductio et Syllogismus. 30

[p. 416–421] Inductio est a particularibus ad universale vel aliud particulare; huc et dilemma. Enumeratio interdum plena, interdum sufficit dicere: *et sic in aliis*.

1 servi alieni *erg. L* 12 diminutione. (1) Haec de exceptionibus (2) Sunt *L*

1f. Dig. 43, 16 l. 1 § 3. 8f. Dig. 45, 1 l. 137.

[p. 421–428] Syllogismus constat tribus propositionibus, tribus terminis scil. si separentur prosyllogismi (+ et consequentiae immediatae +). Syllogismi propositiones transpositae l. *sacra* 9. §. *propriae Rerum Divisione* Ulpianus. (+ Sed quid si partes prosyllogismorum et primarii syllogismi in una argumentatione potest judicari sine reductione ad syllogismum
5 principale et prosyllogismos; quae saepe nimis prolixa +).

[p. 428–436] Secunda figura syllogismi categorici l. 1. pr. *de rerum permutatione*. Regulas syllogismorum categoricorum breviter percurrit, tanquam minus necessaria.

[p. 436–440] Hypotheticus est conditionalis copulativus disjunctivus. Copulativus: non potest eadem et ut vidua et ut nupta legatum petere l. Titiae 84. *de conditionibus et demonstr.*
10 (+ reduci potest ad disjunctivum +). In dicendo grata variatio est. In judicando omnia reducenda ad syllogismum categoricum l. figurae. Pro litis contestatione necessaria reductio in syllogismum, in probationibus non aequae.

[p. 440–448] Inde primo de syllogismo necessario vel probabili.

[p. 448–459] Inde de Hypothesibus, ubi exemplo litis Protagorae et Evathli, quomodo
15 emissis subtilitatibus fuisset procedendum et judicandum. Tandiu continuandae distinctiones donec eo perventum sit, ut simpliciter unus neget, quod alter affirmat.

[p. 459 sq.] Duplex officium iudicis in statu causam obtuendo per litis contestationem, ut in probationibus injungendis aut ut industria iudicis per praesumptiones subveniat, destituto probare. Postremo de causis arbitrio iudicis commissis.

20 [p. 460–477] Regulae praesumptionum et quis probare debeat: [Reg. 1.] praesumptio est pro negante, [Reg. 2.] contra eum qui in controverso intentionem fundat. [Reg. 3.] Tale quid praesumitur quale esse debet vel solet.

[p. 477–480] [Reg. 1.] Jus non praesumitur nisi probetur. [Reg. 2.] Si quaeritur inter duo justa utrum justius, praesumptio est pro lege contra rationem seu regulam, pro speciali contra
25 generalem legem, pro aequitate contra jus strictum, pro mente contra verba, pro lege nova contra antiquorum. [Reg. 3.] Si proferuntur repugnantur, ut testamenta, leges praesumendae, priori per posterius derogari.

[p. 480–486] [Reg. 1.] Factum non praesumitur. [Reg. 3.] Habitus praesumitur nisi privatio probetur. [Reg. 4–5.] Praesumitur bona fides, culpa inhabitantium causa incendii et
30 similia specialia. [Reg. 11.] Ex voce ambigua quae rei gerendae aptior. [Reg. 12.] Ex duabus summis minor. [Reg. 13.] Tempus in dubio majus l. *cum tempus* 17. *Regulis Juris*, l. *si ita* 109. *Verborum Obligationibus*. [Reg. 14.] Pro instrumento vel teste.

[p. 486–488] [Reg. 1.] Pro libertate, [Reg. 2.] dotes, [Reg. 3.] contra venditorem, [Reg. 4.] contra stipulationem.

[p. 488–495] Exceptiones praesumptionum generales: [Reg. 1.] si major probatio vel praesumptio, [Reg. 2.] in contrario vel evidentia, [Reg. 3.] in criminalibus non condemnamus, ex praesumptionibus [Reg. 4.] levis praesumptio non attenditur, [Reg. 6.] interdum ex ea adversario defertur jus jurandum.

[p. 495–497] Pendent aliqua ex arbitrio iudicis.

[p. 501–507] Iudex non statim reo non probante absolvit, sed supplere aliquando debet quod partibus deest, exemplo Salomonis 3 Regum 3. et Turcarum Sultani apud Aerodium tit. *depositi*.

[p. 507–513] In his quae per se nulla sunt, iudex non habet opus allegatione.

⁷ exemplo Salomonis: 1 Könige, cap. 3. ^{7f.} apud Aerodium: P. AYRAULT, (Aerodius), *Decretorum libri VI*, Paris 1573, lib. I.